



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**R. P. Adami Contzen E Societate Iesv, SS. Theol. Doct.
Commentaria In Qvatvor Sancta Iesv Christi Evangelia**

Contzen, Adam

Coloniæ Agrippinæ, M.DC.XXVI

vers. 3.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-82999](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-82999)

VERSUS

Et factum est, cum consummasset Iesus, præcipiens duodecim discipulis suis, transiit inde ut doceret, & prædicaret in ciuitatibus eorum.

QVÆSTIO I.

Quid egit Dominus dimissis Apostolis?

*De præceptis
est præcepti
& consilij.*

*Docere &
prædicare.*

§. 1. **P**ostquam consummasset præcipiens transiit inde *transiit* est constitutio sine consilij, siue præcepti, qua formati sunt Apostoli, nā *transiit* 1. Cor. 11. 34. est dispoñere, imperare, formare. Continet verò omnia præcepta, quæ supra memorauimus.

§. 2. Transiit verò ut doceret ut prædicaret *transiit* hoc est, & priuatim & publice regnū Dei annunciare, quo munere nullum est in Ecclesia maius, magisq; necessarium.

Quod ait, docuisse in ciuitatibus eorum, non apparet manifestè quo referendum sit. Quidam ad id quod proximè ante cessit, referendum putant; Euthy. Hugo. nempe in ciuitatibus Apostolorum, hoc est, Galilææ. Pleriq; enim ex Galilæa oriundi erant. Act. 1. 7. Alii ad remotum, nempe Israëlitas, nam id aliquando vsu venit, ut Psal. 89. 8. & 4. Reg. 17. 24. ita Maldonatus noster: Verum plurium sententia ad proximum refert. Quanquam non video cur non omnes Iudææ ciuitates appellari possint, Ciuitates Apostolorum, quia gentis eiusdem erant. ita sanè Pilatus Ioan. 18. 35. vocat Iudæos gentem Christi. Gens tua & Pontifices tradiderunt te mihi.

VERSUS 2.

Ioannes autem cum audisset in vinculis opera Christi, mittens duos de discipulis suis.

QVÆSTIO I.

Vbi Ioannes in vinculis?

*In vinculis
esse est esse
in carcere.*

§. 1. **P**iscator reprehendit interpretem nostrum, quod dixerit in vinculis; est enim Græcè *δεσμός* carcer, & Syriacè, domo vincitorum, potuit autem esse *δεσμός* nisi non *δεσμός*, non in vinculis.

Verum nodum in scirpo quatit. Latine dicimus esse in vinculis, qui sunt in carcere, & Græci *δεσμός*, qui *δεσμός* est. etsi enim numellis & compedibus vinciti non sunt, nec robusto inclusi, hoc ipso tamen vinciti dicuntur, quod exitus denegetur. Vincire enim ostium & paries, non modo firmiter. Vincula escarum vocat Plautus, sic vincula amicitiae. ita non proprie semper est vincire, sed prohibere, impedire. ut verò impedimur sine pedicis, ita quoq; vincimur sine vinculis. Certe Henricus Stephani interpretatur *δεσμός* in vincula, vel carceres conici. An Ioannes etiam pedicis vincus fuerit ignoro; verisimile tamen est ex Iosepho, & consuetudine, & crudelitate Herodis, odio adulteræ.

Sui immemor, discipulos curat.

§. 2. Egregium omnibus martyribus exemplum, non mittit ad Herodem, vel mortem deprecaturus, vel carceris liguorem, sed ad Christum, ut discipulorum salutem procuraret. Vitæ suæ prodigus, Ecclesiæ curam gerit.

§. 3. De carcere Ioannis, meminit Iosephus lib. 1. Antiq. c. 7. Apud Iudæos autem, inquit, fuit opinio, iustitiam Numinis delictum Herodis exercitum, propter Ioannem, qui Baptista cognominatus est. Hunc enim tetraarcha necauit virum optimum, Iudæos excitantem ad virtutum studia, & primū pietatis ac iustitiae, simulq; ad baptisimi laudum: quod ita demum Deo gratum aiebat fore, si non ab vno tantum altitudo peccato abstineant, sed animis per iustitiam prius mundati addant & puritatem corporis. Quinimq; magni conuersus ad eum fierent. plebe talis doctrina audā; Herodes veritus, ne tanta hominis auctoritas defectionem aliquam pareret, quod videretur nihil non facturi ex eius consilio, indicauit satum esse prius, quam noui aliquid exoriretur, illum tollere, quam reuertebatur, seram penitentiam agere, itaq; vinculum missum in Macharum super dictam, illic occidi imperat, quod factum sequitur est Iudæorum exultatio, ab irato Deo peritum esse Herodis exercitum.

§. 4. Discipulorum Ioannis nonnulli Christo adhæcebant, alii emulabantur, ut Ioan. 1. v. 40. & 3. v. 26. Mat. 9. 14. Ea causa ipse Ioannes sollicitus agit, ut eos ad Christum maturè mittat. Nam opera eius quotidie captiuo referebant. Mirrit itaq; duos maximi negotij Legatos, discipulos suos, seu ut Syrus, per manum discipulorum, eorum scilicet qui audientes opera eius mirabantur. Erasmus reprehendit nostrum vertentem opera. Beza probat, at ille in Epistolis Pauli, & ceteris dinariè vertit opera, nō facta: fuit igitur vel hic vel illic operibus fuit, Equidem contemno nimium Grammaticos, dum noua querentes bona negligat, & usurpant Græci, uti nos opus. Opus ruri facere dicimus, & illi pa iter *ἐργον ποιεῖν*, & Hom. *οἰ. ἔ. ἔργον* vocat *ἐργον*, opus i gratum, sic *ἐργον ἐμὸν*, opus facere seu percuttere.

VERSUS 3.

Ait illi: Tu es qui venturus es, an alium expectamus?

QVÆSTIO I.

Cur & quid querit?

§. 1. **I**ulianus & Tertullianus lib. 4. contra Marcionem. Equum dubitare Ioannem existimant, alij prætulisse quasi dubitaret. Vera sententia, nec ipsum dubitare, nec dubitationem simulasse. Sed discipulis quibusdam dubitantibus, quod Christum viderent, & Ioannis austeritate longe abesse, & Pharisei vehementer obsterent, legatione consuluisse. Moriturus ergo suos Domino commendauit. Non enim recesserat ab eo Spiritus Dei in Christum, ut putauit Tertullianus, non enim modo Spiritum Prophetiæ, sed fidem quoq; perdidisset, qui in fide dubitasset. Nece constantiæ laude, qua eum Christus exultit, dignus fuisset.

§. 2. Qui de morte Christi & ad inferos descensum eum dubitasse arbitrati sunt, minus rectè senserunt. Fuere non pauci, ut Ambrosius in Luc. 7. Euseb. Emilius in hom. Iulianus Pomerius lib. 3. contra Iudæos, & penitus in expositione Symboli. Ioannes enim ut ceteri Propheta, & fideles ex Scripturâ de morte Messie factis instructi erant. Hoc ipsum Ioannes indicauit, cum dixit, esse agnum Dei, qui tollit peccata mundi, alludens ad Isaiæ vaticinium, quo dicitur tanquam ouis ducendus ad macerationem.

§. 3. Tota igitur legatio discipulorum causa instructa est; illis enim dubitantibus, & Ioanni trepidè credentibus commisit legationem, ut alieno nomine si quid denter interrogaret. Non dubitabat enim Christum daturum talia signa veritatis, qualia non possent esse falsitatis. Ita Cyrillus Alex. l. 2. c. 4. thesauri Christi hoc loco.

loco. Theophyl. Rupertus, & recentiores plerique. Discipuli enim Ioannis partim amore magistri sui, partim ob Christi vitæ vulgaris contemptum, præcipue vero Phariseorum calumniis inducti dubitare cœperunt. Pharisei enim etsi Ioanni infensi erant, maiore tamen odio erant Christo infesti, tum quod eius miracula inuidiam concitarent, tum quod Ioannem iam in vinculis constitutum non multum obfisturum suis vitis cupiditatibusq; nefarie sperarent.

§. 4. Noster, qui venturus est, Græcè ὁ ἐρχόμενος, veniens. Sed illud omnibus temporibus accommodatum est. Sic & Syricum ܡܬܬܐܬܝܬ Bathe, venit. Non de quolibet venturo, aut veniente loquitur, sed de eo, quem Propheta prædixerunt.

§. 5. Venturus autem ille Deus est Isa. 35. 6. & 61. 1. quæ cum de se Christus interpretetur, consequitur Deum esse. Epitheton erat, seu cognomen Mef-
fæ, qui venturus est, Isa. 35. Hag. 2. Quin & Apoc. 4. 11. venturus dicitur, ad iudicium scilicet. Gen. 48. dicitur qui mittendus est, de quo suo loco.

VERSUS 4. 5.

Et respondens Iesus ait illis: Euntes renunciate Ioanni quæ audistis, & vidistis. Cæci vident, claudi ambulant, leprosi mundantur, surdi audiunt, mortui resurgunt, pauperes evangelizantur.

QVÆSTIO I.

Quid renunciarî Ioanni iubet?

§. 1. QVæ audiunt & vident, αὐτοὶ τὴν ἰσχυρίαν. Syrus etiam præfenti vititur, quæ estis audientes, & videntes.

Opera enim quæ Isaias 35. 5. & 61. 1. Messia tribuit, iam videtis à me fieri. Ea audite, & videte, ut dubitatio tollatur. In ipsa autem hora, Luc. 7. 21. Multos curavit à langoribus & spiritibus malis, & multis cæcis donavit visum.

Illud verò, vident in Græco est ἀναβλέποντες, quod multo vertunt, iterum vident. Verum idem est quod ἀναβλέπειν sursum aspicere, non autem visum recipere, ut Pifator ipse docet. ideoque immerito nostrum interpretem reprehendunt, qui sic conuertit.

QVÆSTIO II.

Quomodo pauperibus evangelizatur?

PAuperes evangelizantur, Euthym. & Theophyl. a-
ctive interpretantur, quia pauperes evangeliza-
bant. Obiciunt alii, non esse miraculum, quod pau-
peres sint nunciî rerum magnarum, sed pauperibus
deserti regnû, hoc esse magnum. Verum à Deo ele-
ctos pauperulos, qui de regno dando nuncium, de-
ferrent, imò quibus potestas esset inaugurandi in re-
gnum id quoc; novum & præter Regum consuetudi-
nem, qui maximis regni in negotiis illustres legatos
mittunt. Non est dubium quin ad Isa. 61. alludat, & si-
mul moneat non esse Evangelii docendi rationem,
quæ erat Phariseorum, illi enim ut avari, pauperes ne-
gligebant, circa divites, & divitiis occupati. Deinde
dicitur non multi vocati, erant enim aucti ab Evan-
gelio. Superbi ferè sunt, habent hic consolationem, ut
Dei non requirant.

Pauperes apud Isa. 61. 1. Spiritus Domini super me, eo
quod vixerit Dominus me; ad annuncianum mansueti mi-

si me; ut mederer contriti corde, & prædicarem captivum indul-
gentiam, & clausi apertionem, ubi ܡܬܬܐܬܝܬ ܡܬܬܐܬܝܬ, 70. ver-
terunt pauperes, & annunciare; evangelizare. Hunc lo-
cum ex professo proposuit Dominus Luc. 4. 18.

Beza, pauperibus evangelizatur, quia altera dura
constructio: atqui ita loquuntur 72. & Evangelista. Beza in no.
ἡμεῖς ἀναγγελλόμενοι, cum dicere possent, τὸς ἡμε-
τέροις ἀναγγελλόμενοι, pauperibus evangelizatur. Syrus
ܡܬܬܐܬܝܬ ܡܬܬܐܬܝܬ ܡܬܬܐܬܝܬ ܡܬܬܐܬܝܬ, meschechina meshaberim, & pau-
peres evangelizantur. reprehensive.

VERSUS 6.

Et beatus est qui non fuerit scandali-
zatus in me.

QVÆSTIO I.

Cur de scandalo monet?

§. 1. SCandalizati Pharisei, qui in lapidem impé-
gerunt, & monet discipulos Ioannis, ne ipsi scandalizentur communi more viuendi. Deniq; di-
ctus est lapis offensionis & Petra scandali. 1. Petr. 2. 8.
non suo merito vel consilio, sed hominum vitio, nam
alius aliam caulam, cur non accedat, inuenit. alios
persona ut videbatur humilitas, mortis acerbitas, do-
ctrinæ puritas, nimium suis moribus distans, & non
indulgens vitiis: discipulos Ioannis offendeat, quod
non ita fuerit, ut eorum Magister, viueret.

VERSUS 7. 8.

Illis autem abeuntibus cœpit Iesus di-
cere ad turbas de Ioanne: Quid
existis in desertum videre? arun-
dinem vento agitatam? Sed quid
existis videre? hominem mollibus
vestitum? Ecce qui mollibus vesti-
untur, in domibus regum sunt.

QVÆSTIO I.

Quæ Ioanni tribuit Christus?

§. 1. CVM dixisset, beatum fore, qui in se nō scan-
dalizetur, ne quis suspicari posset, Ioan-
nem testimonium datum reuocasse, Christi vel humi-
litate, & vulgari vitæ ratione scandalizatum, idcirco
Ioannis constantiam exponit, & testimonium cōma-
probat. Non enim est instar arundinis, sed solidæ ar-
boris quæ vento non mouetur. Iudæi leuia erant, & Ioannem
sui incerta pectora, cum miracula videbant, feruide commendat
collaudabant, Regem facere statuebant, cum Phari-
sæorum calumnias audiebant, hominem potatorem putetur.
& amicis Publicanorum iudicabant. An ergo inquit
nuper vos in desertum existis videre arundinem, an vi-
rum fortem & constantem. Syrus v. 8. ܡܬܬܐܬܝܬ ܡܬܬܐܬܝܬ
ܡܬܬܐܬܝܬ ܡܬܬܐܬܝܬ, in la manua, sin minus quid. Existis inquit
existis spectare; maius enim omnibus mundi admirandis spe-
taculum erat Ioannes in deserto. Non καὶ ἀπὸ τοῦ
fluat; alioqui & suum iudicium reprehenderent, qui
adeo temere credidissent Ioanni. Fluctuare segetes &
vidate etiam Latini dicunt. Helioporus 1. 3. Histo. A-
thiop. τὸς ἀναβλέποντες αὐτοὺς ἐν τῷ ὄρει, & πάλιν αὐτοὺς
Anima vixit, ex passione humida fluctuante.

§. 2. De vestium asperitate supra dixi: Nunc
hac indicat Ioannem cum testimonium daret, nihil
adularum,